Colloquia Mensalia Lutheri

Hunc librum Lutherus neq vidit neq approbavit, ideoq non
ex hoc sed genuinis suis scriptis est judicandus Doct. Christian
Chemnitius in brevi instruct. futuri Eccles. ministri pag 195.

Morsus Sycophanticos Impiorum ac fanaticorum
quibus pios Beati Lutheri cineres, tanquam
canes rabiosi allatrant et arrodunt, Deo
justissimo judici vindicandos relinquamus.

Non audent Calviniani Beatum Lutherum directe aggredi
aut Sancta hujus viri dogmata, rejicere, ideoq hoc nonnunquam
per cuniculos tentare non erubuerunt, distinguendo scilicet
inter Lutherum Senseriorem, ac Placidiorem. At ictus hoc est
dicente Doctore Balduino, Serpentinus quo beatissimo huic
nostro Doctori inconstantiæ crimen, ne quid gravius dicam, impi
tatur, quasi aliis in Scriptis ubi placidior fuit cum Zwinglia
nis senserit: qua obsoleta Calvinianæ Gentis cantilena est,
cui ipse Lutherus sæpe contradixit: imprimis in libro de missa priva
ta Tom VI. Jen. germanici fol. 116. his verbis. Summum hoc esse
artificium adversariorum, nonnulla truncatim ex libris suis ex
cerpere, et in suum commodum contra ipsum detorquere. Vid D. Pelargi
D. Frid. Balduin. Examen Compend. Theologici p. 14. et
15. ubi docet Pelargum sibi in hoc factum esse dissimilem et
contradictorium.

D. Schupping [illegible] Neheniæ pagin 143.

Hat D. Lutherus selbst, sole zu weilen mit seinem Diener Wolfgang
gedreschet, und zu ihm gesagt haben: Si omnino mundus
noluerit nos alere, propter verbum, discamus manu victum
parare.